Ex Herald. Capucini



109

# Gothardo Comiti villa Sluzewo donatur

In Nomine Domini Amen Nos Conradus Dux notum facimus universis quod quadam vice Gotardus Comes Filius Luce noster fidelis Servitor, cum Prutenis Lithvanis et Jaczvingis, viriliter contentionem fecit, suam vitam non curans, tandem inexuperabilis devicit septem Duces qui dicuntur Jaczwingowie incaptivavit, et in captivitate eos retinens ad nos deduxit. Quos quidem de captivitate redimerunt et exemerunt videlicet pro quolibet duce nobis septingentas marcas puri argenti et graves tribuerunt, pro qua tamen victoria dicti Gothardi, sibi villam Sluzewo perpetuis temporibus cum omnibus libertatibus contulimus, ipsam villam ab omnibus exactionibus solutionibus collectis, vecturis, et laboribus, angariis pra angariis et vexationibus universi Juris Polonicalis quocunque nomine censeantur liberando et penitus eximendo, dantes que sibi et suis successoribus cum homicidium in dicta villa perpetraretur, caput percipere, ex toto et cum suus Cmeto Cmetonem alienum perimerit, medietatem pene Capitatis obtinebit in cuius rei testimonium, sigillum nostrum appensum actum et datum Varschevie Anno Incarnationis Domini 1241.